



EXMÔ. SEÑOR.



Señor: Pudiera parecer arrojado la libertad que me he tomado de presentar á V. E. este corto obsequio; pero la admiracion de su nombre tan distinguido en la República de las letras, como en las armas, su mérito todavía mas grande que su nombre han exigido de mí lo que el respeto quería impedirme.

Nuestro Señor guarde la vida de V. E. los dilatados años que le ruego.  
Real Fuerte San Carlos de Perote y  
Julio 1. de 1785.

Exmô. Señor.

B. L. M. de V. E. su mas humilde  
Súbdito y obligado Capellan.

*Antonio Buonavita.*

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

Main body of handwritten text, appearing to be a list or series of entries.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or footer.

(1.)

# INVICTI BERNARDI DE GALVEZ

NOVÆ HISPANIÆ PROREGIS.

## PRÆCONIUM.

**G**Aude, quod Galvem peperisti Hispania mater,  
Terra hispana armis, consilioque potens;  
Quem genus ex Atavis exornat nobile, cujus  
Socraticis studiis omnia verba nitent.

Qui Solus vires potuit superare Britanni,  
Quem solum trepidans Anglica terra timet.

Est testis BATON est PANZACOLA redempta,  
Cujus de esparsis ossibus albet humus.

Bellica dum crepitant tormenta immotus in altà  
Tu stabas puppi vulnera bina ferens.

Saucius egressus Navi, terraque potitus  
Das belli signum: Militis arma tonant.

Ecce ruunt Hostes in apertos undique campos  
Dissiliunt celeres, & latus omne tenent.

Ut propius ventum est, admotaque dextera dextræ,  
Resque fero potuit cominus ense geri.

Sicut Aper longè densis corvallis actus  
Fulmineo celeres dissipat ore canes:

(II.)

*Sic tua Gens pugnat: cæco omnes Marte resistunt,  
Vulneraque alternâ dantque, feruntque manu.  
Fit cruor, et cædes, et qui persistere tentat  
Concidit in durâ sanguinolentus humo.  
Dicere difficile est quid fortiter egeris illic,  
Quotque neci dederis, quosque, quibusque modis.  
Ense tuo factos calcabas victor acervos,  
Impositoque Anglus sub pede multus erat.  
Sic Portum vincis, fortem quoque vincis et Arcem;  
Sic Regi fulgens accumulatur honor.  
Per Te nunc Carolus viclis dominatur in Anglis,  
Quo bello major, nec pietate fuit.  
Gesta Tua hæc vivent, operosaque gloria rerum  
Hæc manet, hæc tepidos effugit una rogos.  
Pars eris historiæ, totoque legeris in ævo,  
Teque opus ingeniis, carminibusque dabis.  
Ipse tuum lilio voluit Rex Stema nitenti  
Ornari, nullo quod dedit ante Duci.  
Te Comitem fecit, cumulavit honoribus, istos  
Ut regeres Populos & Tibi sponte dedit.  
Indorum gentes, Hispanus et incola terræ  
Hujus lætitiæ signa dedere suæ.  
Cernere erat quantus gaudens foret agminis ordo,  
Densaque quam longum turba teneret iter.  
Mexicus excepit jubilans, totusque Senatus*

(III.)

*Officium Populi vix capiente viâ.*

*En Tibi gratatur Populus totasque per Urbes*

*Omnis odoratis ignibus ara calet.*

*Thura Sacerdotes pacalibus addite flammis,*

*Atque nitens humili victima fronte detur.*

*Maximus ut Galvez Regnum cum pace perennet*

*Ad pia propensum vota vocate Deum.*

*Diva Parens Hominum, quam primi crimina Patris*

*Non læsere, humili suscipe ab ore preces.*

*Bernardum semper placido pulcherrima vultu*

*Aspice, tu mores Diva tuere suos.*

*Protege Tu Galvem, tu longo tempore serva*

*Progeniemque suam, Participemque thori.*

*Tu Divæ monitu comptos redimita capillos*

*Pax ades: atque novo mitis in Orbe mane.*

*Pellantur morbi, valeant Hominesque gregesque.*

*Scindathumum Cultor, Navita portet opes.*

*Absit iniqua fames, segetes, herbæque supersint,*

*Quæque lavent artus, quæque bibantur aquæ.*

*Horreat Hispanos et primus, et ultimus Orbis,*

*Quæque parum Hispanos terra timebit, amet.*

*Vive diu Sæcli decus indelebile nostri,*

*Est cujus pietas non probitate minor.*

*Sospite Te sic sit Natus quoque Sospes, et olim*

*Imperium regat hoc cum Seniore Senex.*


B785

(IV.)

B943i, *Di Tibi dent annos: tua semper gloria crescet,  
Sint modò virtuti tempora longa tuæ.*

In Signum veri amoris, & obsequii Parochus Regiæ Ar-  
cis Perotensis Kalendis Julii faciebat.

*Antonius Bonavita.*



1871

JOHN W. ...

...

...

...

...

